

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Minerva, sive de causis latinae linguae commentarius**

**Sánchez, Francisco**

**Schoppe, Caspar**

**Perizonius, Jacobus**

**Franequera, 1687**

De instrumenti praepositionibus

[urn:nbn:de:bsz:31-109138](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109138)

Cato cap. 14. Ruft. *Circumagi cum Divis volentibus.*

Aliquando etiam deest *In* : ut, „ [Lucretius 6. *Esse apud Ammonis fanum fons luce diuina* „ *Frigidus, ac calidus nocturno tempore fertur; sub-* „ *audiendum esse in, mox hoc versu monemur: Frigidus hanc ob rem fit fons in luce* „ *diurna.] Virgil. Orpheo cantante, cantando rumpitur anguis. Terent. In cognoscendo tute ipse aderis:* „ *idem; In denegando queis est pudor.* „ [Plautus, Menech. *Ego hic in lamentando pereo.* Varro „ 3. Ruft. *In supponendo ova, observat ut sint numero imparia.* Plaut. Trin. *In re perdita, quam* „ *in re salva factus est frugalior.] Cicero 2. Natur. Itaque salem istum, quo caret vestra natio, in* „ *irridendis nobis nolite consumere: „ [ & 15. Attic. „ 11. Multo inde sermone querebatur amissam occasio-* „ *nem: & Attic. 12. Huic ego in multo sermone* „ *epistolam Caesaris ostendi.] Ovid. 2. Metamorph. Mens antiqua tamen facta quoque mansit in urfa.* „ *Lucan. lib. 2. \* Toto quamvis in corpore caeso Nil* „ *anime lethale datum.*

In.

## De instrumenti præpositionibus.

**I**N instrumento significando, deest *Cum*, Græcè *Ἐν*: sed vitandæ ambiguitatis gratia non adhibetur: quum enim dicis; *Tetigi illum cum basta*, nescitur, an illum, & hastam tetigeris, an vero instrumentum signifi-

Cum

\* *Toto quamvis &c.] Sic Nepos Pausan. 2. In quo facto domum revocatus, capiti accusatus absolvitur. Sall Jug. 74. Novorum fidem in tanta perfidia Veterum periculosam ducebat. Sic passim *Solis occasu, Sereno, Ludo, Mmere, Comitibus, Censu, Nuptiis*, plane uti Græci, *ὀλομπιᾶσις, πυδισις, ἰογῆ*, &c. cum Ellipsi præpos. in vel ἐν.*

fices : sed ubi dubia non est oratio, \* venustè apponitur; ut, *Vidi gladium, cum quo se percussit.* Ovid. 1. *Metamorph.* *Concussit terque, quaterque Caesariem, cum qua terram, mare, sidera movit:* idem in *epist. Aconitii*; *Testis & Abbaon, quondam fera creditus illis, ipse dedit letho cum quibus ante feras:* idem 4. *Fast.* *Hæc modo verbebat raro cum pectine pratium.* Aldus aliter emendavit, quod non probo. „[Liv. 9. *Legatis missis ad pacem cum precibus petendam, triste responsum à Consule redditur.* Epitome Livii 81. *Athenas, cum maximo labore expugnavit.*] Plinius libro 9. cap. 28. *Cæteri cirri, cum quibus venantur:* Sic habet antiqua lectio. Paul. Orosius libro 7. *Ipsè Imperator cum sagitta saucius.* Et quid elegantius, quam illud non incelebris auctoris; *Gladium, qui cum se percusserat, eduxit?* quod imperitè damnat Valla libro 2. cap. 6. „[Virgil. 2. *Georg.* *Sufficit ipsa oleis fruges cum vomere tellus.* Ubi Servius, cum vomere, explicat, *per vomerem.* Lucill. *Acribus inter se cum armis confligere cernit.* Catull. *Ista cum lingua lingere carbatinas.*]

*Sub, Ab,* Aliis etiam præpositionibus videtur instrumentum exprimi. Virgil. 2. *Georg.* *Aut presso exercere solum sub vomere.* „[Propertius; *Hæc postquam querula mecum sub voce peregit:* idem; „*Nil moveor lacrimis, ista sum captus ab arte.*] Ovid. 5. *Fast.* *Pectora trajectus Lynceo Castor ab ense:* idem 2. *Trist.* *Neve peregrinis tantum defendar*

\* *Venuste apponitur*] Pl. *Capt. IV. 2. 22.* *Quid incipit facere cum 2 utis mihiis, Anul. IV. 9.* *Cum animo certum investigare nego.* Liv. 1. 51. *Instructus cum conspiratorum manu.* Pl. *Rnd. V. 3. 7.* *Quibuscum inveni filiam meam, h. e. quorum opera, seu Meas, ut vulgus ait. Sall. Jug. 85.* *Quantum cum vestro maximo beneficio negotii sustineam;* ubi *Sine causa in malis* Giaccotius.

dar ab armis, id est, cum: ibid. Quam nuptæ possent fallere ab arte viros. Columella lib. 9. cap. 1. Semperque \* de manu cibos, & aquam præbere. In sacris vero ex Hebraismo exprimitur In; ut, Visitabo in virga peccata eorum: prævaluit David contra Philistæum in funda, & lapide: Deuteronom. cap. 18. Lapidabit eos in lapidibus. Lucæ. cap. 22. Domine, si percussimus in gladio? &c, si sal evanuerit, in quo salietur?

## De Comparativi Præpositione.

**D**Eesse præpositionem in ablativo comparativi, comprobant omnium linguarum idiomatica, Hebrææ præcipuè, quæ nomina comparativa non habet, sed comparisonem † per hanc particulam, MI, enunciat: sicut Græci per H; Latini per QUAM; Hispani per MAS. Mihi, quantum ex veterum lectione observo, in præpositionibus, non in nominibus, videtur esse vis comparisonis: nam & in verbis, & positivis, comparativis, & superlativis apparet comparatio, virtute præpositionis. In verbis: Terentius Eunuch. Hic ego illum contempsi præ me: ibid. Ludum, jocumque fuisse illum alterum dices, præut hujus rabies quæ dabit. Plaut. Mostell. Video te nihil pendere omnes homines præ Philolache. Horat. Cunctane præ campo, & Tiberino flumine sordent? In positivis: sic Plaut. Aulul. Sed hoc etiam pulchrum est, præquam ubi sumptus petunt: ibid. Pa-

Præ.

Compa-  
ratio in  
Verbis.Compa-  
ratio in  
Positivis  
rum nomi-  
nibus.

\* De manu] Non hæc sane præpositio instrumenti, sed quæ notat, unde quid fimitur. Conjunge igitur in construendo, non præbere de manu, sed cibos de manu, scilicet, fumendos.

† Per particulam MI] Immo potius per particulam *Min*, vel literam *D*.